sanctificacionem fiunt homines filij dei · ideo se
quitur ḡduale Venite filij audite me timorē do
mini docebo vos qd̄ est septimi tom· ꝓpt̄ septē
dona spiritussancti que dantur in baptismo· vt̄
quia ad hoc q̄ q̄s vere credat in cristum necesse
est vt timeat deum · ideo sequitur ipsum gradu
ale· vbi sequitur de timore· Initium sapiencie
timor domini est Qui ergo radicez imponit cru
delitatis eum a timore inchoare oportet· iuxta
illud· A timore tuo domine concepimus & pepe
rimus spiritum salutis· In secunda lectione sci=
licet in epistola· Lauamini et cetera· que similē
de ysa· i·c· agitur abundanter de moribus· vbi
dicitur quiescite agere peruerse· discite benefa=
cere et cetera· & postea concluditur· & venite et
arguite me dicit dominus· quasi diceret · si hoc
feceritis et vos non remunerauero iure me tan=
quam iniustum redarguere potestis· Item dici
tur ibi· Lauamini scilicet per baptismū · & esto
te idest manete mundi sez per penitenciā · & q
possint ostendit dicēs· Auferte malum cogita=
cionum vestrarum· et si fuerint peccata vestra
vt coccinum quasi nix dealbabunt̄ & cetera · ve
rum quia illi qui fidem veram et bonos mores
seruāt· ad hereditatē domini pertinere ꝓbant̄
Idcirco sequitur ḡduale· Beata gens cui est
populus dei eius· populi quem elegit in he=
reditatem sibi · hi efficiunt̄ celi qui verbo idest
filio dei firmant̄· Vñ sequitur versus· verbo do
mini celi firmati sūt & c̄ · Item quia in talibi lo
cum habet beatitudo · ideo graduale illud ē pri
mi tom q: beatitudo a solo deo est · Ab his q̄z
nō discrepat euangelium precedens sez Prete
riēs iesus· Joh· ix· c· quod est de iluminacōe ceci·
quia ceci illuminātur in baptismo · vñ dicit̄ ibi
Lutum fecit dominus exsputo· & precepit ceco
vt lauaret se in natatorio siloee idest xpi q̄ mis=
sus fuit a patre id est in baptismo vel in doctri
na cristi de quo dicitur gen̄· xlix· c· Non aufere
tur ceptrum de iuda & dux de femore eius· donec
veniat qui mittendus est· hebreus habet donec
veniet filo· idest missus· postmodum in gracia
rum actione sequitur offertorium secundi tom·
propter illuminacionem & confirmacionem· Di
cto autem offertorio archidyaconus ascendit
pulpitum clamans alta voce· Si quis est cathe=
cuminus exeat foras· put dictum est in phemio
quarte partis· & tūc omnes cathecumini exeunt
foras & sic fit sepcies prius quam baptisent̄· vi
delicet in q̄libet scrutinio· q̄ regnaturi sūt nec
inter dei filios computari nec cristi misterijs cō
uenit interesse· Quidam tamē cathecuminos an
te euangelium de ecclesia eiciunt· quod non lau
damus· cum eis sit euangelium predicandum sic̄
et apli primicijs gencium euangelium predica
uerunt· sed sacrificio interesse non debent· tum
q: sacerdos orat pro circumstātibus q̄z fides
deo cognita· est et nota deuocio· ac isti nondum
fideles vocantur· tum quia quod conficitur· fi=
delibus porrigitur· In postcommunione vero
agit gracias cecus de illuminacione sua dicens
Lutum fecit ex sputo iob· ix· et est primi tom
tom quia ad locum vnde exeūt flumina reuertū
tur vt iterum fluant· sic autem recognoscēdo bo
na· debemus agere deo gracias· Hec quarta fe
ria in hoc priuilegiata est· quia in ea leguntur
due lectiones· pro eo q̄ in sequenti sabbato or
dines celebrantur· Item quia hac die ordinan=
di examinantur· Item quia hac die fit scrutinū
baptisandorum in sabbato pascali vt premis=
sum est ·

De quinta feria·

Quinta feria ostendit q̄ non est sanctifi=
cacio nisi a deo· vnde introit̄ est· Letet̄
cor querencium dominum· et post· que=
rite faciem eius semper· et est secundi tom· quia
queritur vt habeatur et postea vt amplius ha
beatur· quanto enim magis habetur· tanto ma=
gis queritur· Epistola vero· venit mulier et ce
tera· iiij·re· iiij· c· est de resuscitacione filij mul
eris sunamitis quem resuscitauit heliseus· et in=
curuauit se super puerum· et pueri qualitati se
conformauit· puer vero vij· excitaciones emisit
et sic est resuscitatus· Nempe sunamitis interp̄
tatur captiua· filius eius genus humanū quod
dicitur puer propter paruitatez sensus baculi
de quo ibi dicitur est lex que percutit dicens o
culum pro oculo et cetera· que neminem ad per
fectionem ducit· heliseus vero idest cristus incli
nauit se super hūc puerū idest ermaiēs se fecit̄ ē
ei similis et resuscitat̄ est· Sed oportet vt· vij
excitaciones emittat· Prima est fidei quia si=
ne fide non est introit̄ · Primo enim veritati d
bet quis credere et oia possibilia sūt credenti ·
domine in quit leprosus· si vis potes me munda
re· et dixit volo mundare· Secūda excitacio ē
timor· Tercia est dolor de peccatis· quia mi=
sericordia non fit sine iusticia· Quarta propo
situm confitendi · Quinta est propositum
satisfaciendi· Sexta propositum de cetero nō
peccandi · q̄ scilicet non offendat deum creato=
rem suum· et omnia ista debent fieri in spe vite
eterne glorie· Vnde spes est septima excitacio·
Responsorium est· Respice in testamentum tu=
um· et post exurge· i· fac nos exurgere· & est q̄n
ti tom· propter quinq̄z sensuū reparacionem si
ue innouacionem· Euangeliū vero Erat ie=
sus et cetera· luc̄· vij· c· est de resuscitacione filij
vidue· cui dominus dixit· Adolescens tibi dico
surge· In quibusdam tamen ecclesijs dicitur
illud euangeliuz· Sicut pater suscitat mortuos
et viuificat et cetera· Sequitur offertorium
Domine ad adiuuandum et cetera· vij· tom ꝓpt̄
septem excitaciones in graciarum actiones·
Postcommunio vero est de eterna beatitudi
ne scilicet· Domine memorabor iusticie tue · cui
competit dare eternam beatitudinez que erit oc
taua resurrectionis·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf